

generatione aut nulla, aut plane exigua opus est. Plus igitur siccet oportet, quam sarcoticum. Hoc enim si valde siccaret, sanguinem generandæ carnis materiam absumeret, atque ita carnem proflus non generaret; adde, quod sarcotica, ex dictis, præter siccandi virtutem etiam detergendi facultatem obtinent, qua non modo redundantiam humoris siccant, sed & sordes auferunt. Glutinans autem nec detergit, nec expurgat, sed contra omnem proflus substantiam in idem cogit. Hinc sarcotica magis profundis & cauis, glutinantia magis superioribus & superficiali debentur. Illa magis vlceribus, hæc magis vulneribus debentur respectiue.

Sarcotica sicca sunt gradu primo, quia tantum siccare debent excrementa, quæ in carnis generatione resultant. Glutinantia sicca sunt gradu secundo, quia non solum excrementa, sed & totum id exsiccare debent, quod aliunde affluit. Epulotica sicca sunt gradu tertio, quoniam non tantum excrementa, nec tantum quod aliunde affluit, sed etiam naturales partis humiditates exsiccare debent.

LIBRI I. SECTIO II. CAPVT XII.

De

Epuloticis & poroticis, cicatricem & callum generantibus.

Carne generata in vulneribus, & glutine facta, applanata superficie, facile hinc est, leni desiccatione per epulotica vltimam sanationi imponere manum. CICATRICEM igitur INDVCENTIA, alias insolidantia quibusdam & sigillatua. *Gr. ἰσχυρὴ* dicuntur, suntque quæ impletam vlceris aut vulneris summam carnem desiccant, obdurant, sigillant & in callosam quandam substantiam cutis æmulam, quæ cicatrix vulgo dicitur, condensant.

Vimur epuloticis in planis & cauis vlceribus. In planis statim.

statim, nullo alio præmissio medicamine, quia idem est inducere cicatricem & curare vlcus planum, cum eadem vtrobiq; sit indicatio, vnienda scilicet cutis. Est autem planum vlcus, argumentum citati *lib. 3. M. M. c. 4.* quod cauo est oppositum, impletum scilicet, seu nullam habens cauitatem. In eo cuticula aut vna etiam cutis est deperdita, integra manente carne, ita vt exterius operimentum tantum desideretur. In cauo autem non modo cuticula & cutis, verum etiam carnis subiectæ iactura facta.

In cauo vlcere tum demum epuloticis vtimur, quando cauitas carne vel quasi est impleta, non tamen quando prorsus est impleta, adeo vt nulla omnino cauitas conspiciatur, quemadmodum plurimos fecisse medicos *Gal. lib. 13. M. M. c. 5.* notat, sed perperam fecisse hac ratione ostendit, quoniam si vlcus ad æqualitatem iam carne sit repletum, accidit, vt cicatrices cute circumposita fiant eminentiores, quia natura non cessat generare carnem impositis epuloticis. Hinc vt cicatrices cuti æquales fiant, consultum est, vt epulotica prius applicentur, quam vlcus prorsus ad æqualitatem sit impletum, seu dum aliqua adhuc adest cauitas, non tamen notatu digna, in quo artificium non leue consistit, vt cicatrix hinc minus deformis relinquatur.

Vt igitur sarcotica carnem regenerant; ita epulotica cutim, & quidem duplicis generis iuxta *Galen. l. 5. simpl. c. 16.* alia vere ac proprie talia, quæ carnem ita alterant, vt cutis euadat, id quod perficitur per ea, quæ illam contrahere, constringere, densare & ficcare & quasi in callum indurare valent. Est enim cutis velut in callum durata caro (instar pelliculæ obductæ pulti) & cicatrix caro densata, ficcata & quasi callosa facta.

Suntque epulotica talia omnia efficaciter desiccantia, vt tenue serum in superficie absumat & coaguletur in pelliculam, modo cum adstrictoria vi, modo sine illa citra vllam mortificationem & dolorem, vt cerussa, pompholyx, saturnina, aliaque iam dicta. Hinc vt sarcoticis inimica sunt nimis ficcantia, ita epuloticis humectantia.

Alia secundo & per accidens sunt epulotica, quæ nempe

P

vna

vna morficant, & morficando eximi deficcant, qua ratione hinc cicatricem inducunt. Vno verbo, cathæretica fuperius laudata, ita tamen moderanda, ne tantum morficatione abfumant & liquant, quantum exficcatione denfant & cogunt. Vnde nec in omni vfu & femper cicatricem inducunt, fed vbi corrigenda vna est fubiaccens caro, & luxurians ichor compesci aliter nequit. Hinc diximus moderanda eadem esse, iuxta affectus & partis affectæ naturam,

Occafione quoque hac dicendum est de caufis *δυσσευαλῆσις*, vt confequenter remedium eo magis pateat & eruatur; alia fcilicet est *vniuerfalis*, vitio feri acrioris, fluxilioris & *ὑπερβολῆς* expertis, vnde videas ex leui vulnere diutinum vlcus & *δυσσευαλῆσις* non raro; alia est *particularis*, fiue pars affecta fit humidior & laxior, vnde circa hamorrhoides enata vlcera frequenter in in fistulas abeunt, vt de faucibus & fimilibus non dicamus; aut affluxus ad eandem fiat maior, debilitatis neruis, debilitato archeo tum per ipfam vulnus, tum aliis naturalibus vel acquisitis de caufis; aut quæ ad obfignationem & occlusionem plenariam funt neceffaria; nondum perfecta & præfita funt.

Sic in primis vlcera articulorum, v. g. circa genu & femur excitata, pessima funt & sæpè *συναποθνήσκον*, nisi bene prospicias. Iuuenis talismodi abscessu circa os femoris laborans, diu misere tortus, tandem fatis cedebat, mero ichore tenui, quod pessimum est copiose effluente.

Et hinc etiam improprie talia epulonica sæpè his casibus prioribus mage conueniunt, quando partis tonum simul respiciunt, & corrigunt morbosum ichorosum succum. Sic cineribus tabaci, fumo infimul (feri copix correctorio egregio) haufto, infperfis, vlcera genu dextri curata funt in alio iuvene, quæ per aliquot annos prius aperta fluxerant, nulla arte consolidanda. Quin iis in casibus fonticulis quoque insignis debetur laus, quod aliorum rheumatismum diuertant, scaturigine alibi exorta.

Taxandus in hoc est error chirurgorum, qui dum turundis

dis suis saepe abutuntur, & apertum longius, quam par erat, fer-
vant abscessum, & tardium ægro parant, & hinc, quando de-
mum occludere volunt diu protractum hiatum, non possunt,
natura nimis adfuefacta. Laborabat puer decennis abscessu
pectoris ad exteriora aperto; cum per plures menses nulla con-
solidatio sequeretur, indies turunda satis longa indita, minimi
digiti maiorem longitudinem excedente. Consulti exhibui-
mus essentiam traumaticam, species vulnerarias, & iussimus sen-
sim sensimque decurtari turundam, vnde breui conualuit, nullo
metu fistulæ successuræ relicto. Alias vero qui citius properat,
serius absoluit non raro, vnde perpetuo natura sequenda est,
tanquam optima magistra.

Cæterum etiam si deformis sit cicatrix, non facile rumpen-
da est, neque enim vel medicamenta eum in finem vulgo com-
mendata æque voto satisfaciunt, vel pulerior absolute promit-
ti potest, semel iam callo obducto.

Affinia ergo epulotica sunt CALLVM GENERANTIA, QUORVM
opposita sunt callum destruentia & ossium cariem corrigentia.
Vti enim epulotica callum quendam manifestum cuti inducunt,
adeoque in partibus mollibus hisce ad consolidationem præ-
standam plenariam hiatum obsignant; ita porotica callum in-
ducunt, vel vt inducatur facilius præstant adiuuant ossibus fra-
ctis, in eo latius patentia, quod & interne & externe id pro-
curant.

Conueniunt nimirum hæc in fracturis ossium, præcipue
maiorum, & in artubus. Dantur enim & in his morbis casus,
vbi vel ex toto, vel ex parte os callum recuperare renuit, vnde
nec epulotica profecerint, facessente vel durante vlcere, (si-
quidem fractura cum vulnere fuerit,) vel firmitudinem dum
non acquirit os fractum, æger restitui minus potest, vel breui
post denuo fractura ab incessu recidiuat.

Valent, inquam, eadem tunc causæ, quas de *ulceribus* *ulceribus*
ulceribus laudauimus. Vt enim vlcimum quasi, & maxime
ossum alimentum est, mucagine plurima cum sale vo-
latili & sulphure eidem immerso constans, vnde serum alimen-
tare

tara primum velut in mucum, ex mucō in cartilaginem, ex cartilagine in firmitudinem osseam densari successiue debet; ita id præstant interius quidem tum traumatica in genere, simul styptica, tum alimentosa. statum illum coagulabilem naturalem, id est glutinosum sanguini fœnerantia. Vnde mucilaginosæ & glutinosæ alimentaria, qui plenior est victus, commendantur, oryza, pultes, carnes, gelatinæ, hordeacea & alia; exterius vero mucaginosæ, temperata emplastica & balsamica. Tum fluxilitatem nimiam feri, glutino illi & coagulationi ac spissitudini contrariam, in primis per acidum scorbuticum illi inductam, concentrantia, per alcalinam, vel siccantem adstringentemque qualitatem, vt lapides cancrorum, osteocolle, & traumatica alia hinc commendata & nota sunt.

Fit tamen & in hisce aliquando contrarium, vt in vlcerebus callosis & excrecentiis, in ossium fracturis ipsis corrigendis aliquando callus tantum abest vt promouendus, vt potius impediendus vel destruendus sit, vbi contraria virtute prædita conueniunt, quæ coagulum ossifcens feri tollunt, ipsumque fundunt, resoluunt & attenuant, vnde ipsa huc spectant & referri quæunt cathartica.

Referri huc quoque ea possunt, quæ mediate & cicatricem procurant, & callum ipsum adiuuant auferendo noxium, quatenus corrosionem ossium, cariem & nigredinem tollunt, partes putridas separant, reliquas vero firman; in carie ossium, dentium, spina ventosa Arabum, paronychia, neruorumque adeo puncturis ipsis proficua.

Præstant id tum actualia cauteria, prouide adhibita, quale exemplum in carie dentium dolorifica curanda visitur, ea enim optime hoc pacto coercetur, silentibus hinc doloribus & affluxu, vt extractione non opus sit, experimento laudatissimo Hippocratis l. de affect. c. 5. t. 1. seq. secus ac vulgo fit; tum quæ potenciali calore & tenuitate partium & acrimoniam acinam, corrosiuam, feri extrauasati, vapescentis & erodentis tollunt, temperiemque ossium vel partium similibus frigidiorum tono suo reddunt, siccant & absorbent. Hoc nomine laudatissimi

tisfimum est euphorbium & oleum caryophyllorum, quæ duo sunt instar omnium. Nonnunquam & balsamum de Peru cum balsamo traumatico remixtum vtiliter adhibuimus, quippe quod egregium est nervinum.

LIBRI I. SECTIO II. CAPVT XII.

De

*Medicamentis contra ambu-
busta.*

VT præsentanea & momentanea læsio ab igne in corpus resultat, ob summam eius actiuitatem & pernicitatem; ita quoque præsentibus opus est remediis AD AMBVSTA illa membra.

Profunt vero generatim non solum omnibus illis ignis noxii, de quibus seorsim pluribus iam dicemus; verum etiam in ardore & dolore aliunde inducto, v.g. a veficatoriis, quem in finem Riuierius vnguentum speciale ex sambuco commendat, in læsionibus a cauteriis potentialibus, imo in pernionibus ipsis, & inde metuenda gangræna.

Vt enim tum potentialia illa caustica & frigus ipsum, licet diuerso modo, effectu tamen eodem, tum actualia ignita varii generis, humida, sicca ardorem inferunt succis vitalibus, ruborem conciliant, abradunt cuticulam, & in vesicas cogunt, corrugant cutem, escharam inducunt, & hinc vlcera dolores & *empyreuma* excitant, ita his prospiciunt medicamenta accommodata, variis læsionis gradibus diuersa ratione quoque opposita.

His ipsis expressimus effectum læsionis, expressimus gradus, & consequenter inuimus eliciendum, qua ratione agant & lædens & iuuans, pro fundamento assumpta circulatione sanguinis. Primus gradus est *empyreuma*, quando ignita spicula, in glandulas subcutaneas & plexus fibrarum conglomerata-